



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Sueuia, Sueuorumq[ue] moribus & priscis & recentibus. Caput
Decimumsextum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

non enim ille hodie, cras atq; legit, sed quotquot in vno colle vina habent, vno vel duobus diebus omnes omnia abscerpunt, indicitur hodie in illo cras in altero legendum: decimę in vallibus sub vinetis excipiuntur, qui tardius, q̄ iustum est, vindemiare volunt non solum cum licentia facere debent, sed etiam suis expensis decimã in domini torcular inferre. Herbipoli cuiq; vindemianti ob exhibitam credo in decimando infidelitatem iuuenis addicit, qui diligenter noter, & iubeat etiam, vt quodq; decimum vas lectum absq; fraude domino suo tribuatur. Finita vindemia hi pueri omnes in campo conuenientes singuli se de stramine quoddam hoc aduectum est vna aut duabus facibus armant, quibus sub noctem incensis cantantes ciuitatem ingrediunt. Hoc more autumnum se expurgare atq; exurere dicunt. Martini & Nicolai sanctorum p̄sulum vtrorumq; dies miro gaudio, mira festiuitate Franconia gens colit, diuersimode tamen in sacris ædibus & altari huius, illius in menta & popinis. Nemo per totam regionem tanta paupertate premit, nemo tanta tenacitate tenetur, qui in festo sancti Martini non altuli aliquo, vel saltem suillo vitulinoue viscere affato vescatur: qui vino non remissius indulgeat. Quilibet enim tunc noua vina sua, a quibus se adhuc vsq; abstinuit, degustat & dat degustare, omnia. Erogantur in Herbipoli & plarissq; locis hac etiam die pauperibus ex pietate vina. Spectacula publica eduntur, duo aut plures frendentes apri circo includunt, vt mutuo se exeris dentibus visceratim dissecent, quorum carnes vbi vulnerati conciderint partim plæbi partim potestibus diuiduntur. In die vero sancti Nicolai adolescentes qui disciplinarum gratia scholas frequentant, inter se tres eligunt, vnum, qui episcopum: duos, qui dyaconos agant: is ipsa die in sacra ædem solenniter a scholastico cœtu introductus diuinis officijs infulatus p̄sides: quibus finitis, cum electis domesticatim cantando nummos colligit, elehemosynam esse negant, sed episcopi subsidium. Vigiliam diei pueri a parentibus ieiunare eo modo inuitantur, q̄ persuasum habeant, ea munuscula quę noctu ipsis in calceos sub mensam ad hoc locatos imponuntur, se a largissimo p̄sule Nicolao percipere: vnde tanto desyderio plaricq; ieiunant, vt quia eorum sanitati timeatur, ad cibum compellendi sint. Et tales hodie Franconum famosi mores sunt, tales annui ritus.

Vindemia
di ritus

Vindemia
tib^o puer de
curat in her
bipoli.

In festis san
cti Marti
ni & Nico
lai ritus

In festo san
cti Martini

In die sancti
Nicolai

Pueri ieiunant.

De Suevia, Sueuorumq; moribus & prisca & recentibus. Caput Decimum sextum.

Suevia Germaniæ provincia ætate nostra istis finibus describitur, ab oriente Baioarijs, ab occasu Alfatensibus & Rheno iungitur, Alpium iuga a meridie habet, a septentrione Franconiam. A Sueuis populis dicta, qui ex ea Scythiæ parte quæ hodie Liouonia & Prussia est digressi, ibi conserunt auctore Ansonio Sabellico, & confirmare istud Lucanus videt inquitens. Fundit ab extremo flauos aquilone Sueuos. Alemannia prius nominata fuit a lacu Lemanno, qui & Lanfanehsis vocatur,

Sueuic finis

Sueui vñ in
Germaniam
venerunt

Suevia olim
Alemannia.

De oim gentiū ritibus.

Suprema portio totius Germaniæ Sueuia est: duobus clarissimis fluminibus Rheno & Danubio irrigatur: quorum alter modico fluxu in occidentem oceano miscetur. Hic ediuerso in orientem per innumeras gentes volutatus pontum influit. Terra partim plana, partim montosa. Ager fertilis cuius nulla pars inculta iacet, præterquam aut lacus, aut montes vel syluæ occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti venatio frequens, acupium peculiare, frumentorum abundantia, pecorum magna vis. Conualles plurimæ perennibus riuis clarissimæ vndiq; amnes procurrunt, qui se vniuersi in Rhenū & Danubium exonerant. Tota insuper prouincia salubritate gaudens, celebratissimis vrbibus, vicis & castellis referta. Arces excelsæ natura & arte munitæ, & quod ad Christianam religionem pertinet pulcherrimis atq; ditissimis templis collegijs, monasterijs, variorum ordinum sexus vtriusq; basilicis, parochialibusq; ecclesijs est exornata. Circa montes ferrum, argentum, & metalla procreat. Gens populosa, fortis, audax, & bellicosa, procerâ corpore, flauo crine, venusta facie, & decora, ingenio singulari prædita: præstantissima Germanorum a Plutarcho dicta, Cuius gloria eouq; creuisse memoratur q̄ virtute & armis Imperium orbis meruerit, illudq; vltra vnius sæculi spacium magnificè tenuit, Sed viduata postea, suis principibus, nescio qua fortunæ iniquitate dicam aut ignauia mox substitit, quasi non extet, quo famam suam extendere, aut quod minus est tueri possit. Caius Iulius Cæsar in quarto cōmentariorum de hac ita scribit. Sueuorum gens longe maxima ac bellicosissima Germanorum omnium, centum pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa e finibus educuntur, reliqui, qui domi remanserint se atq; illos alunt. Hi rursus inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent: sic nec agricultura, neq; ratio, atq; vltus belli intermittitur, sed priuati ac separati agri apud eos nihil est. Neq; longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet. Nō frumento solum, sed vulgo lacte & pecore viuunt, multumq; sunt in venatione, quæ res & cibi genere & quotidiana exercitatione & libertate vitæ (q̄a pueris nullo officio aut disciplina consuefacti nihil omnino contra voluntatem faciunt) & vires alit & immani corpore homines efficit, atq; in eam se consuetudinem adduxerunt, vt sub cælo frigidissimo habitantes neq; vestem vllam præter pelles habeant, quarū propter exiguitatem, maior corporis pars nuda & aperta est. lauantur in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus magis, eo q̄ quæ bello ceperunt vendant, q̄ vt aliquam rem ad se deferri desiderent: quinetiam iumentis, quibus Galli maxime delectantur, quæq; impenso parant precio, Germani non vtuntur, sed quæ apud eos sunt & natura praua, & deformia: hæc quotidiana exercitatione summi vt sint laboris efficiunt, Equestribus prælijs sæpe de equis desiliunt, ac pedites præliantur, & eos eodem vestigio remanere edoctos, vbi vsus est, celeriter repetunt. Neq; moribus suis quicq; inhonestius aut inertius putant, q̄ ephippijs vti. Itaq; ad quemuis ephippiatorum equitum numerum (quamuis paucis) adire audent. Vinum ad se importari omnino non sinunt, q̄ ea re ad laborem ferentis

Sueuicō
ditio

Laudes Sue
uic

Præstantissi
mi Germano
rum Sueuic

Antiqui Sue
uorū mores.

Centū Sue
uorū paci
Nō priuati
agri apud
Sueuos
Victus Sue
uorum ex pe
core

Vestit⁹ Sue
uorū pelles
erant.

Germani vi
libus iumen
tis delectati

Ephippijs nō
vsi sunt Ger
mani.

Ephippijs
i. fragilis
lis orna
mentis

dum remollescere homines atq; effœminari arbitrentur. Publicæ esse laudis putant q̄ latissime a suis finibus vacare agros, hac re significari magnū ciuitatum numerū suam vim sustinere non posse, propter quod vna parte a Sueuis circiter mille sexcentorū passuū agri vacare dicuntur. Cornelius Tacitus, vbi de Germaniæ situ & gentis moribus scribit, de Sueuis ita refert, Maiorem inq̄uens Germani partem proprijs adhuc nationibus nominibusq; discreti sunt, quanq̄ in cōmuni Sueui vocentur. Insigne (inquit) gentis est obliquare crinem nodosq; substringere: sic Sueuia a cæteris Germanis, sic Sueuorū ingenui a seruis separantur: apud eos vsq; ad canitiem horrentem capillum retro sequunt, ac sepe in ipso vertice religant. principes ornatiorem habent. Statuto tempore in syluam augurijs patrum & prisca formidine sacram omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coeunt, cæsoq; publice homine celebrant, barbari certe ritus horrendaq; primordia. Est & alia luco reuerentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor & numinis potestatem pre se ferens, si forte prolapsus attolli & insurgere hand licitum, per humum euoluunt, eorūq; omnis superstitio respicit, tanq̄ inde initia gentis, vbi regnator omnium deus, cætera subiecta atq; parentia. Pars quoq; Sueuorum vt idem Cornelius habet, Isidi sacrificat, peculiaria cætera Germanis & ipsis sunt cōmunia. Verum enimvero non solum apud Sueuos, sed & apud omnes fere gentes mutati sunt mores: & quod dolendum plurimū est, fere in peius. Nam hodie potentiores Sueuorum fere omnes mercaturæ vacant, societatem siue confœderationem vnā multi ineunt, ac certam pecunię summam quisq; ponit, qua nō solum aromata, serica, atq; alias preciosas merces quæ ad nos a transmarinis & remotissimis regionibus transuehunt, emunt, sed vilia etiā vt coclearia sunt, acus, specilla, pupæ, & huiusmodi: præemūt etiam vina & frumenta, quod ego tamen non laudo, quum id nō minus opificibus & agricolis graue damnosumq; sit, qui sua ante tempus gryphonibus istis ne potius dicam vel mercatoribus vendunt quæ postmodum necessitate cogente duplo ære redimere ab ipsis debent, q̄ toti prouinciæ: quæ, quibuscunq; indiget, non apud vicinas gentes, a quibus minori precio habere possit accipere debet (sic enim a corruptis munere principibus imperatū) sed ab illis in Stutgardia, aut alias vbi emporia habent. Ipsi tamen per se non negotiantur, sed cōmunibus seruitijs, qui contractā rursus pecuniam vnā cum lucro congregantes certo tempore rationem ponunt singulisq; dominorū lucri partem fideliter præbent. Priritati Sueuorum nulla alia re, nullo artificio magis occupant, q̄ lini operatione, cui adeo incumbunt adeo dediti sunt vt in quibusdā Sueuiæ locis nedum mulieres & puellæ, sed adolescentes & viri hyemis tempore colo admouent, Panni genus faciunt cuius tela linea est intextum bombycinum Pargath illud vocantes: faciunt & totū lineū, quod Golsch appellant. Compertum habeo, apud Vlenses solū quotannis vtriusq; generis pannos parari centum milia, ex quo quisq; coniecturare potest q̄ incomprehensibilis incredibilisq; summa in tota regione elaboretur. Ad remotissimas nationes isti panni transuehantur, & maxime bis in anno ad

Vinū ad se
importari nō
patebantur
Sueui

Germani cō
muni nomie
Sueui appel
lati

Crinem nō
do subtrin
gebāt Sueui

Sacrificādi
Sueuorū ri
tus

Superstitio
genis admi
randa

Isidi sacrificā
cabant Sue
ui.

Recentiores
Sueuorū mo
res

Mercatores
Sueuorū ger
manice re ipsi
damnosū.

Ois Sueuia
in lino opat

Handwritten note:
Vltimū pro
panno 100000
pargath ya
est

De oim gentiu ritibus.

Emporium Emporium franconafordense: vbi q ingens vectigal Sueticæ nationi accedit. Præterea quoniam bonis mala commixta semper sunt: & nulla ex omni parte erecta: sunt Sueui in vnerem supramodū proni: scemineus sexus virili ad malum facile consentiens; immature vterq; præuaricatur: sero resipiscit: Ego huic vitio maxime suffragari existimo q : quemadmodum in alijs Germaniæ provincijs, ecclesiastica censura, publici illi fornicarij, adulteri, raptores minus insectentur. Prouerbiū ortum, vnam Sueuiam latæ Germaniæ satis meretricum transfundere: quemadmodū franconiam copiam dare raptorum & mendicantiū, Boemiam Hæreticorū, Baiariā furum, Heluetiā carnificum, & lenonū, Saxoniam potatorū, Frisiā atq; Vuestualiam peritorum, Rhenum gulonum.

De Bauaria & Charinthia, & earum Priscis Legibus moribusq; quibus hodie viuunt, Cap. XVII

Noricum Bauariæ limites
Lucius & Rupertus Bauarorū apfi.
Bauariæ laus ab vrbibus.
Saltzburga olim Iuuania
Cacannus Bauarorū rex
Mores Bauarorū ex legibus cognoscunt.
De ecclesiæ donationibus.
Ecclesiæ libertas.

BAuaria Germaniæ provincia ab Auaribus Hunorum reliquijs: qui Noricis expulsis in ea terra confedere adiecta B littera appellatur. Baiaria etiam a Bonis Cisalpinæ Galliæ populis hic loci aliquando moratis dicitur, Noricum olim fuit, Hungariam ab Oriente habet, ab occidente Sueuiam, a meridie Italiam. A septentrione Franconiam atq; Boemiam, danubio insigni fluuio ex Sueuia profluente irrigatur, Austriam, Stiriam & Charinthiam in se cōprehendit: q idem fere homines: isdem moribus & lingua vtantur. Noricis præterea finibus quondā contenti erant, Beatus Lucius Britannia rex primū, deinde sanctus Rupertus, vltimo Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus Christianā pietatem edocuit. In quattuor Episcopatus Bauaria diuiditur. Saltzburgen, Padauien. Phrisingen. Rhatisponen. Nulla Germaniæ puincia pluribus cultioribus vrbibus illustratur, Saltzburga: quæ Iuuania fuisse creditur Metropolis est, Monachiū ducalis sedes hodie, olim Schiren fuit, Hæc terra priusq; in provinciam redigeretur a proprio rege ad Arnolphi imperatoris vsq; tempora administrata est: eum vt parthia suam Arsacem & Egyptus Ptholomeum ipsa, Cacannum nominauit, deinde duces habere cœpit: hodieq; tenet. Qui ex vna illustri Agilolfingorum familia diu elegebantur omnes. Gentis mores viuendiq; instituta ex legibus: quas orthodoxa fide recens suscepta habuere cognosci possunt: tales fuere: vt liberæ conditionis homo Chirographo & sex testibus: quorum nomina. & Manus suas imponat confirmet: si villas terrā, Mancipia, Pecuniā aut qd aliud ecclesiæ donauerit. Schedam p̄sente sacerdote altari supponat. Nec ipsi nec posteris illius potestas eius rei sit vltorius, nisi ecclesia pmittat. Apud Episcopū defendat q̄qd ecclesiæ dei datū fuerit. dei iudiciū & sanctę ecclesię offensā incurrat restituereq; cogat aut a rege aut principe q̄cūq; ecclesiæ, aut eius testibus iniurius fuerit vn cias auri tres p multa psoluat. Negās ante altare populo sacerdoteq; p̄sentib; scdm pecunię sūmā iuret. Qui seruū ancillāq; ad fugiendū psulerit: reuertet: & aliū interea pignoris loco sistat: solidis xv cōponat.